

XLII. PONS AELIVS,
STATIO PER LINEAM VALLI SECUNDA
(Newcastle-upon-Tyne).

Accedunt partis valli orientalis inscriptiones incertae.

Quaquam *cohortis IV Cornoviorum*, cuius tribunum notitia (p. 113* 25) *Ponte Aeli* ponit (Ravennas 5, 31 p. 432 mansionem hanc omisit), neque in *Newcastle* nec alibi in Britannia tituli ulli prodierunt, tamen quin hodierna *Newcastle* in ipso castrorum pontis Aelii situ collocata sit dubitari omnino nequit. Pontem denominatum esse ab imperatore Hadriano, qui extruxisse putandus est, iam Pancirolius et Camdenus recte coniecerunt; in eo tantum erraverunt, nisi fallor, quod nomen ita ut notitiae codices scripti tradunt fuisse statuerunt Pontem Aelii (in quo consentientes habuerunt antiquarios omnes tam Britannos quam externos, qui insecuti sunt), cum Pontem Aelium ex usu antiquitatis constanti solum probari posse manifestum sit. Reperta autem sunt in ipsa *Newcastle* certissima castrorum vestigia ipsiusque pontis supra Tinam reliquiae neque alia fuerunt unquam inter Segedunum et Condercum castra, quae in censum venire possint. Accesserunt nuper etiam tituli aliquot (n. 499—502) et varia fragmenta operis tectonici, anaglyphi cet. non scripta. Quae omnia servantur una cum multitudine titulorum ex plerisque valli stationibus aliisque castris Romanis per *Durham* et *Northumbriam* sparsis in museo societatis archaeologicae, quod est in conclavibus obscuris sane et angustis castelli Normannici prope pontem ferreum siti (*the Castle* vel *the Keep* vulgo dicti). De catalogo eius musei deque societatis archaeologicae Aelianensis scriptis vide praemonita de vallo supra p. 106. Horsleii tempore tituli in *Newcastle* ipsa nondum reperti erant (p. 208); itaque referuntur ab iis tantum scriptoribus, qui post eum de vallo commentati sunt.

De oppidi historia seorsum scripsit

1. Ioh. BRAND (*the history and antiquities of the town and county of*

Newcastle-upon-Tyne. Lond. 1789 2 voll. 4.), auctor diligens et fide dignus, ut supra iam dixi. Fragmentum tituli ad *Beeshouses* prope *Old Walker* repertum et ab eo solo relatum vide infra inter miliarios.

2. Ioh. BELL primus musei Aelianensis titulos breviter enumeravit (*a catalogue of the Roman altars and inscribed sculptured stones in the collection of the Society of Antiquaries of Newcastle-upon-Tyne in gent. mag.* 12, 1839 p. 183 ss. et p. 633 ss.); sed cum multi postea accesserint meliusque omnes descripti sint a Brucio, catalogum illum antiquiorem neglexi. Postea idem Bell, nisi fallor, syllogem ectyporum ex titulis musei illius potissimum desumptorum proposuit instituto archaeologico Britannico (*York meeting* 1846 p. 10).

3. M. A. RICHARDSON libellis variis (*the history and antiquities of Newcastle-upon-Tyne and Gateshead*. Newcastle 1846 4.; *a Guide through Newcastle-upon-Tyne and its vicinity*. Newcastle 1846 8.; cf. *assoc. journ.* 2, 1847 p. 214 s.) urbis historiam illustravit, titulos vero non respexit.

Commodum visum est cum huius stationis titulis contribuere incertos aliquot in museo, quod in *Newcastle* est, servatos, quos, quaquam de locis unde provenerint certi nihil traditum est (ut Brucio auctore affirmare possum, qui commentarios societatis archaeologicae Aelianensis frustra de iis se consuluisse mihi scripsit), tamen probabile est provenisse ex stationibus valli inter Segedunum et Vindolanam sitis. Non multi sunt neque memorabiles (n. 502 b—h); adieci iis fragmenta duo servata Londinii originis item incertae, quorum alterum certo ad vallum pertinet (n. 502 i), alterum vero (n. 502 a) ex septentrionalibus tantum Britanniae regionibus provenisse noverunt musei Britannici curatores.

499 *Newcastle*, ad annum 1858 inserta muro aedium privatarum (*the premises formerly occupied by the Messrs Mitchell, the printers of the Tyne Mercury*) in *St. Nicholas' churchyard*; servatur nunc in museo. Anaglyphum cum titulo longum est ped. 2 dig. 1, altum ped. 1 dig. 6.

Matres tres sedentes

DE MATRIBVS TRAMARINIS } bu
A PATRIS AVRELIVS IVVENALIS } s

Contuli. Bruce wall p. 405, lapid. p. 16, 12.

Dea[bus] matribus tramarinis patri(i)s Aurelius Iuvenalis

500 *Newcastle*, ara rep. a. 1843 in muris turris dictae *the Whitefriar tower*; servatur in museo. Alta est dig. 16, lata 9½.

D O

SILVANO

SVAIV

Contuli. G. B. Richardson *gent. mag.* 21, 1844 p. 209 et *Archaeologia Aeliana* 3, 1844 p. 148; Bruce *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 268, *catalog.* p. 48, 162, *wall* p. 105, lapid. p. 15, 11.

1 DEO Richards., D|O in lapide est, sed hastae duae mediae aperte ad ornamenta arae pertinent.

De do forma pro deo cf. supra n. 181. 234. 273.

501 *Newcastle*, rep. a. 1864 in coemeterio monasterii fratrum alborum (*Whitefriars*), in *Mr. Spoor's premises in Clavering Place*, servatur in museo. Lapis longus est dig. 13, altus 10.

COHĪ + H

R A C V M

palma

Contuli. Bruce wall p. 103, lapid. p. 17, 13.

502 *Newcastle*, olim in a garden-wall at *Heaton Flint Mill* (HODGS.), quo pervenit fortasse ex castello miliario prope *Byker*. Nunc in museo; lapis longus ped. 2, altus ped. 1½. Litterae sunt pessimae.

G IVLI NVMSIA

NI VLPVVS CAN

ALIVS

HIT L GOVT (IVS

Descripti cum cura. Hodgson 2, 3 p. 280; *Archaeol. Ael.* 1, 1857 p. 223; Bruce *catalog.* p. 3, 4, lapid. p. 17, 14 (*wall* p. 97 citatur tantum).

V. 4 lacuna in lapide est nunquam inscripta.

Hodgson ita legit *C. Iuli. Misia|n. Iul Pius Cam|millus|viti soutius*, addens *the above is as good a guess at a copy as I can make in type*; Bruce ita: *C. Iulian. Misia|ni Ulpivvs Can|alivs|vit l. goutius*.

c(enturia) Iuli Numisiani Ulpivvs Canalius et L(icinius?) Goutius

502 a Londinii in museo Britannico, arula alta dig. 9, quam FRANKS nuper emit *at the sale of Mr. Boynes curiosities, who had found it used as a door weight at Messrs Sotheby's auction rooms, and begged it from them*. Aut ex *Northumbria* aut ex comitatus *Eburacensis* partibus septentrionalibus provenisse putat FRANKS. Magnis tribuit BRUCE, propterea quod ibi repertae sint arae similes n. 767. 768. Sed hoc valde incertum esse apparet.

N · VITI

RIBVS

VOTVM

Contuli. A. W. Franks *proceedings of the soc of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 440; Bruce lapid. n. 306.

N(uminibus) Vitiribus votum